71

S. P. Nobilissime, Magnifice et celeberrime vir, patrone magne, fautor colendissime, Statuta Gymnasii quondam Hagensis à T. Nobil. transmissa accepi. Gratias nomine totius corporis ago maximas, adiungentur illa reliquis in Academiae scrinio asservatis. Mitto copiam dotationis tuae filiae h. e. Academiae Holsato-Schauenburgicae: Satis feliciter et fideliter ipsi prospectum esset, si, nolo plura. Mitto etiam T. Nobil. filio primogenito testimonium de depositionis ritu peracto, et de receptione eiusdem in numerum studiosorum, seu de inscriptione in matriculam.

Academia nostra incipit male audire apud alios ob notum Licentiaturam: Studiosi inde commoti, non ut solebant, vitam modestam agunt. Poenitet eos ingressus in hanc Academiam, cum obiiciatur hoc eis ab aliis, et periculum eis in aliis scholis possit Academiis. Cum cum privilegiato corpore, cuius privilegiator (sic nominat T. Nobilitas in statutis) est ipse Imperator, talis processus erat instituendus? Sed otiosa haec. Committo T. Nobil. Altissimo, et ut mihi favere pergat, oro. Dabam Rintelii 19 Jan. Ao 1623.

T. Nobil.

observantiss.

Johannes Gisenius D.

Nobilissimo, Magnifico et cele:
berrimo viro Dn. Melchiori Golda:
sto ab Heiminsfeldio in Illustriss. aulâ
Holsato-Schauenburgicâ Consiliario meri:
tissimo, Domino, Patrono, fautori et amico
suo colendissimo

Buchner